



**R. P. Sebastiani Izquierdo Alcarazensis Societ. Iesv Regii
Senatvs S. Inqvisitionis Hispaniarvm Qualificatoris, Et
Olim Complvti Sacræ Theologiæ Professoris. Opvs
Theologicvm, Iuxta atque ...**

Vbi De Essentia Et Attribvtis Divinis Vbertim Disseritvr ...

Izquierdo, Sebastián

Romae, 1670

Quæst. 9. Vtrum prouidentia diuina consistat in actu intellectus, vel in
actu voluntatis, vel in vtroque.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77011](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77011)

peccatum, non obstar, quominus tale peccatum, in suo signo posteriori sit extitum de facto, imo necessario necessitate consequente: ita eadem indifferentia, potentiæque antecedens, quam habebit Antichristus ad impedientium mediæ omissione peccati sui præscientiam Dei, reuelationemque, & fidem de ipso peccato, atque adeò certitudinem vel indistinctam ab eis, vel in eis fundatam de existentia futuræ eius, non obstar, quominus talis præscientia, reuelatio, fides, & certitudo existant de facto, imo necessario necessitate consequente. Ex quibus tum argumenti oppositi patet solutio; tum aliorum, si qua opponantur, prompta solutio erit.

Q VAE STIO IX.

Vtrum prouidentia diuina consistat in actu intellectus, vel in actu voluntatis, vel in utroque.

Certum est apud omnes, & notum ex hacce-
nus dicitis, ad prouidentiam diuinam, at-
que adeò etiam ad prædestinationem, & reproba-
tionem tam actus intellectus, quam actus voluntatis necessarios esse. Nam sine intellectu ducen-
te voluntas nihil potest decernere; & sine
decreto voluntatis nihil potest intellectus ad
exequitionem perducere, prout ad omnem
prouidentiam necessarium est. Solùm igitur
controvèrtitur, an prouidentia formaliter, &
directè, consistat in actibus intellectus, suppositis,
vel connotatis actibus voluntatis; vel contra-
tra in actibus voluntatis, suppositis, vel con-
notatis actibus intellectus; vel in utrisque
ex aequo.

169 **T**riplex est sententia. Prima afferentium prouidentiam, & prædestinationem directè in actu intellectus consistere connotante actum voluntatis. Ita videtur lenire S.Thos. 1.par. quæst. 22.artic. 1. & quæst. 23.artic. 6. & tradunt ibi com-
muniter Thomistæ, c. aet. Barn. Zunel, Nauarre-
te, Nazarius, Albeda, & alij. Qui in illo suo
imperio monastico, de quo egimus quæst. 6. essen-
tiam prouidentiæ, atque prædestinationis consti-
tuent. Consentunt ex nostris Bellarmin. tom. 4.
lib. 2. de Gratia, & liber. arbitr. cap. 9. fine, Valent.
1.par. quæst. 22. punct. 1. & quæst. 23. punct. 2. Fon-
seca tom. 3. Metaph. lib. 6 cap. 2. quæst. 5. sect. 2. Gra-
nad. 1.par. controvèr. 4. tract. 5. disput. 2. Ruiz tom.
de Prouiden. disput. 3. sect. 3. & apud eos alij. Ex
quibus nonnulli, non admittentes imperium Tho-
misticum, in scientia practica, quacunque illa-
sit, constituant essentiam prouidentiæ. Secunda
sententia in actu voluntatis connotante actum in-
tellectus ponit essentiam prouidentiæ, & præde-
stitutionis. Eam tenent S. Bonavent. in 1. distinc.
40. artic. 1. quæst. 2. Scot. ibi quæst. 1. Soar. lib. 1. de
Prædestin. cap. 17. Vazq. 1.par. disput. 87. cap. 3.
Less. de Prædestin. lect. 2. §. 1. & alij. Tertia senten-
tia est, prouidentiam, & prædestinationem utrum-
que actum dictum complecti simus, & directè.
Ita Molin. 1.par. quæst. 22. artic. 1. disput. 1. §. Quod
si petas. & quæst. 23. artic. 1. disput. 2. §. Statuenda
est. Beca. cap. 14. quæst. 2. Herice disput. 22. cap. 6.

cum alijs ex Antiquioribus, quos referunt Soar.
& Ruiz.

Tota hæc controvèrsia est de nomine, & 170
parui momenti, vt benè notarunt Valent. Soar.
Vazq. & alij. In eo enim veratur cardine,
an nomine prouidentia, vel prædestinationis
directè actus intellectus, vel potius actus vo-
luntatis, vel simul uterque significetur iuxta
communem acceptionem. Breui me expedio.

Propositio vnica.

Prouidentia, & prædestination in- 171
terdum ad actus intellectus diuini, in-
terdum ad actus diuinæ voluntatis re-
feruntur. Pròprius tamen videntur ac-
cipi pro actibus diuinæ voluntatis pro-
ut connotantibus actus diuini intel-
lectus.

Prior pars propositionis ex sacra Scriptu-
ra, & Patribus potissimum petenda est. Et primùm de prouidentia constat, referri ad in-
tellectum in Scriptura, quoties per verba signi-
ficantia cognitionem mentio eius habetur. Exo-
di 2. *Respxit Dominus filios Israel.* Exodi 3.
Vidi afflictionem populi mei. Iob. 34. *Oculi enim*
eius super vias hominum. Ad Rom. 11. *O altiu-*
da diuinarum sapientia, & scientia Dei; quād-
incomprehensibilia sunt iudicia eius! &c. Quæ ver-
ba & similia passim repertantur: Ambros. etiam
in illud ad Rom. 12. *Prouidentes bona.* Ansel. in
Elucidario circa medium. Beda tom. 5. in lib.
Cui titulus *Mundi constitutio* prope finem Na-
zian.orat. 2. in Julian. sub initium. Basil. homil. in
Psal. 48. col. penult Boet. & S. Tho. relati à nobis su-
pra quæst. 1. exprefse dicunt, prouidentiam effi-
actum rationis, seu cognitionis, qno præcogno-
scuntur futura. Id ipsum constat specialiter de
prædestinatione iustorum, quam sàpē nomine
præscientiæ, aut cognitionis significat Scriptura.
Ad Rom. 11. *Non repulit Dominus plebem suam,*
quam præciuit. 2. ad Timoth. 2. *Nouit Domi-
nus, qui sunt eius.* 1. Petri 1. *Electis secundum*
præscientiam Dei Patris in sanctificationem. & la-
pe alibi. Consentunt in codem modo loquendi
Pater August. lib. de Dono perleuerantie cap. 17.
& 18. Propter lib. 1. de Vocat. Gent. cap. 10. & ad
Excerpta Genuensis in dub. 8. & ad Capitula
Gall. cap. 15. Anselm. in locum citatum ad Rom. 11.
Fulgent. lib. 1. ad Monim. cap. 24. prope medium,
& cap. 26. circa principium. Beda in Collectaneis
ad Epistolas Pauli varijs in locis, Auctor Hypo-
gnost. apud August. lib. 6. paulò post principium
Gregor. in lib. 4. Reg. cap. 14. lib. 5. verlus finem, &
alij. Aduerto tamen in huiusmodi testimonijs
Scripturæ, & Patrum nullatenus posse esse ser-
monem de imperio illo à nobis reiecto dicta.
quæst. 6. quod non tam scientia, aut notitia,
quam impulsus quidam dici potest iuxta ejus
Assertores, sed de scientia alia practica, qua ad
prouide decernendum aliquid voluntas diuina
mouetur.

Iam prouidentiam referri ad voluntatem 172
Dei constat ex illis Scripturæ locis, in quibus cu-
ra dicitur Sapien. 6. *Et qualiter est illi cura de om-
nibus.* 1. Petri 3. *Quoniam ipsi est cura de vobis.*
Cura enim ad voluntatem pertinet. Sub quo no-
mine de prouidentia differunt Ambros. lib. 1. Of-
fic. cap. 13. & 1. Corinth. 1.par. 4. Nazian. orat. 3. in
Julian.

Iulian.versus medium , Gregor. lib. 24. moral.cap. 11. alias 26. Chrysost. 1. ad Timoth. 5. homil. 14. sub initium , Hugo Victorin.lib. 1. de Sacramen.par. 2. cap. 19. Damasc. & Nemelius exp̄sē afferunt , prouidentiam esse actum voluntatis , ut vidimus quæst. 1. De prædestinatione etiam constat , s̄p̄fimè sub nomine electionis , propositi , dilectionis , & complacentia , qui sunt actus voluntatis , in Scriptura significari . Math. 20. Pauci verò electi . Ioan. 13. Ego scio quos elegerim ad Ephes. 1. Prædestinavit nos secundum propositum voluntatis sua . Et iterum . Prædestinati secundum propositum . Qua phrasī saepe vtitur Apostolus 2. ad Timoth. I. Ad Rom. 4. 8. & 9. ibi . Ut secundum electionem propositum Dei maneret . Ibidem . Jacob dixi , Esau autem odio habui . Et infra . Cuius vult , miserebetur , & quem vult , inducat . Lucas 12. Complacuit Patri vestro dare vobis regnum . August. etiam prædestinationem ad voluntatem refert , vocans eam præparationem gratia , & beneficiorum Dei lib. de Prædest. Sanctor. cap. 10. & de Dono persever. cap. 14. Quod magis declarat Fulgentius lib. 1. ad Monim. cap. 7. dicens . Vtrumque autem prædestinando Deus præparauit in illa incomitabili voluntate , in qua sic futurum effectum hominis venouandi disposit . Consenit Prosper ad Capitula Gallorum cap. 8. & alij .

Venio ad secundam partem propositionis . Quam probō primò : quia nomen prouidentia , etli , spectatā eius origine , ad intellectum pertinere videatur ; aut iuxta vulgatum eius vnum actum potius voluntatis sedulū , accurarum , & protidum , atque adeò connotantem consilium prudens intellectus videtur directè significare . Prudens enim propriè est , aliquid prudenter disponere , determinare , & statuere , maturè , & ante tempus illud , in quo est exequendum . Nomen autem prædestinationis propriè actum voluntatis significat iuxta illud 1. ad Corinth. 9. Vnusquisque prout destinatur in corde suo . De quo plura diximus quæst. 3. Id quod satis clare videtur denotare ipse Paulus ad Rom. 8. conditioquens prædestinationem à præscientiā . Ibi Quos præscivit , & prædestinavit . Secundò prouidentia , & prædestinationis actum Dei liberum significant , ob quem ei deberet actio gratiarum : libertas autem non actibus scientia , sed actibus voluntatis conuenit . Tertiò prouidentia actum Dei significat , à quo causatur ordinatio rerum ad extra : prædestinationis autem actum , per quem infallibiliter Prædestinati ad gloriam cum effectu perducuntur . Quæ omnia propriùs , & immediatiūs conuenient actibus diuinæ voluntatis , quam intellectus . Igitur prouidentia , & prædestinationis directè actus diuinæ voluntatis significant , quibus Deus res præordinat in suos fines ; conceptos tamen prudenter , maturè , prouide , ex peculiari notitia ipsorum finium , & mediorum . Quod est , significare indirectè actus intellectus diuinī , quibus Deus ducitur ad prouidendum . Et consequenter concepsum per ea nomina significatur directè in actibus voluntatis , ex connotato autem in actibus intellectus consistit . De reprobatione idem censendum . Nam Reprobi dicuntur communiter præsciti ; quod pertinet ad intellectum . Tum despici , repulsi , rejecti ; quod pertinet ad voluntatem . Reprobatio autem propriè sumpta aquæ , ac prædestinationis , videtur actum diuinæ voluntatis directè , oblique autem actum diuinī intellectus significare .

173

QVAESTIO X.

Vtrum de ratione prouidentiae diuina sit consequi finem intentum .

D^upplex finis spectari potest in prouidentia 174 Dei . Alter particularis , quale est particolare bonum aliquius creaturæ . Alter vniuersalis , quale est bonum vel aliquius communitatis creaturarum , vel totius vniuersi , vel ipsius Dei . Ad cuius gloriam cuncta ordinantur , iuxta illud Prover. 16. Vniverſa propter ſemetipſum operariſt Dominus . Certum est ergo , de facto nullam esse prouidentiam , per quam finis aliquis vniuersalis non obtineatur , faltem enim ille ultimus diuinæ glorificationis , atque oſtensionis attributum Dei nunquam non obtinetur . Superest igitur duplex difficultas in hac quæſtione examinanda . Prima , an aliqua fit de facto prouidentia Dei , quæ finem suum particularem non consequatur . Secunda , an fit possibilis prouidentia in Deo , quæ nullus finis intentus obtineatur adhuc vniuersalis .

Circa primam difficultatem Caiet. 1. par. 17¹ quæſt. 22. artic. 1. Bann. & Rippa ibidem . Nasaret tom. 2. controuer. 30. & Aluarez de Auxilijs disput. 30. num. 4. vniuersaliter affirmant , nullam esse prouidentiam in Deo , qua finis , etiam particularis , reuera intentus à Deo non obtineatur . Si quando enim aliquis videtur non obtineri , tunc illum non verè , sed appartere tantum esse intentum à Deo . Consentient , licet diversa viā , quidam Recentiores ex nostris , quorum meminimus supra quæſt. 5. num. 69. dicentes , diuinam prouidentiam temper assequi finem intentum , ea ratione , qua intentus est ; licet absoluū illum non assequatur . Communis autem Theologorum sententia est , diuinam prouidentiam non semper assequi particularem finem , in cuius consequtionem reuera dirigit , & exequitur media . Ita Molin. 1. par. quæſt. 22. artic. 1. disput. Valent. ibidem punct. 1. S. Eſt autem . Vazq. disput. 87. cap. 4. Soar. lib. 1. de Prædest. cap. 18. à num. 7. & lib. 2. de Concurſu Dei cap. 7. num. 18. & 19. & Relect. de libertate voluntatis diuinæ disput. 1. sect. 2. & in Metaphys. disput. 13. sect. 10. num. 11. Arrub. 1. par. disput. 69. cap. 2. Herice disput. 21. à num. 21. Ruiz tom. de Prouiden. disput. 4. Granad. tract. 3. disput. 1. Tann. disput. 3. quæſt. 1. dub. 4. Holmela tit. 14. disput. 3. Fasolus quæſt. 22. dub. 2. à num. 10. Gonzalez 1. par. disput. 65. sect. 3. num. 19. Apud quos alij plures . Et tenet exp̄sē S. Tho. quæſt. 6. de Verit. artic. 1. & 3. in corpore , & in 1. distinct. 10. quæſt. 1. artic. 2. Videatur etiam 1. par. quæſt. 22. artic. 2. ad 2. & lib. 3. contra Gent. cap. 94.

Circa secundam difficultatem non ita expressè loquuntur Doctores . Sentire tamen videtur communiter , de ratione diuinæ prouidentiae esse , ut aliquis finis per eam obtineatur ; dum prouidentiam non consequentem particularem finem idcirco vindicant ab omni imperfectionis nota ; quia , inquit , Deus iustissimus de causis , & ob altiores , vniuerſaliorēque fines , quos assequitur , prudenter permittit , ne